



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Litterae Societatis Iesv E Regno Sinarvm Annorum MDCX.
& XI. Ad R. P. Clavdivm Aquauiuam eiusd. Societatis
Præpositum Generalem**

Trigault, Nicolas

Avgvstae Vindelicorvm, 1615

De quibusdam alijs quæ in Calendario Sinico reperiuntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68733](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68733)

tatis, in quibus fortasse magnam partem Calen-
darij sub Gregorio Pontifice emendandi, diffi-
cultas posita videbatur.

De quibusdam alijs quæ in Calendario Sinico re- periuntur.

Præter ea quæ nunc dixi de Calendario Si-
nico, alia habent ad eum modum quo in nostris
fastis nonnulla prædicuntur aut præscribuntur.
Sed magnum est inter fastos utrosque discri-
men; quæ enim Sinæ præscribunt nullam ha-
bent dictorum causam effectricem; & tamen
ijs ita omnes minimi, maximi adhærent, eaque
ad amissim exequuntur, ut qui sibi persuadeant
hinc negotiorum omnium pendere successus.
Quæ præscribunt, in hanc fere sententiam fiunt,
tali die sacrificari potest, Rex beneficentiam po-
test exercere, possunt morbis adhiberi remedia,
instrui coniuicia, corpus ablui, iter institui, ædes
mutari, terra colli, coniugia iniri, columnæ erigi,
& ædium culmina, arbores conscri, famuli elo-
cari vel emi, studia aperiri, putei effodi, & alia
in hunc modum fruiola sexcenta, tametsi non
omnia omni die vel præscribunt vel prohi-
bent, sed modo tereta, modo quaterna, modo
plura, modo nihil. Hæ obseruationes, tametsi
ut dixi nullam habent vim effectricem, à Ma-

L 5 thema-

thematis tamen regis in hunc modum obseruantur: cum anni, horarum, constellationūque characteribus elementa sua componunt, elementa porro à Sinis quinque numerantur hoc ordine, metalla, ligna, aqua, ignis, terra; nullam aëris mentionem faciunt cum ijsdem planetas conferunt, & ex eorum proprietatibus (in quibus dignoscendis propè suēre tam infelices, quam in elementis numerandis) hæc omnia cōiectant, in quo omnis Sinarum iudicaria cōstantique ratio, Philosophia propè naturalis, arsque medica vniuersa consistit: nam in his omnibus Sinæ nihil admodum insigne sunt ascuti, tota eorum præstantia in morali philosophia, dicendiisque facultate vertitur. Ad hæc in eodem Calendario, infra primum cuiusque mensis diem ascribitur, qua hora, quo quadrante nouilunia inchoentur idem de plenilunijs ac lunæ quadrantibus, idem de æquinoctijs, solstiциjs ac singulis Zodiaci signis intellige, dierum quoque longitudines, ortus, occasusque termini, planetarum singulorum gradus, suo omnia tempore adscribuntur.

De Zodiaco eiusque distribu- tione apud Sinas.

Æquatorem Sinæ norunt atq; zodiacum sed proprietates eiusq; usum ignorant. Solum asse-
sunt sole semper in medio Zodiaco volui; Lunæ
vero